Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36814
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



153

INTE EXULTEMUS DNO · IUBILEMUS DO SALUTARI NOSTRO 7

PRE OCCUPEMUS FACIEM EIUS INCONFESSIONE · ÷ & IN PSALMIS IUBILEMUS EI 7

QUONIAM DS MAGNUS DNS · & REX MAGNUS SUPER OMNES DEOS 7

QUIA IN MANU EIUS FINES TERRE · & ALTITUDINES MONTIUM IPSIUS SUNT 7

QUONIAM IPSIUS EST MARE & IPSE FECIT ILLUD · & SICCA MANUS EIUS FORMAUERUNT 7

QENITE ADOREMUS & PROCIDAMUS · & PLOREMUS ANTE DNM QUI FECIT NOS · QUIA IPSE EST DS NOSTER 7

PRAE occupare est aliquid ante facere · quam ille possit uidere quiere dicitur aduenire, faciem dicit · conspectum xpi · idest ut confiteamur facinora nostra · ante iudiciale eius aduentum 7 iubilemus · in psalmis · idest in cornibus nostris 7 psallentes · idest gratias agentes 7

FINES terrae · adgentes pertinet uniuersus · quae xpo fideli deuotione subiectae sunt · altitudines montium potestates saeculi · honoresque terreni sunt · quitam dno subiecti sunt 7

MARE significat gentes · quae in hoc seto diuersis uiciorum flatibus commouentur 7 arida populus est fidelis fonte fidei adhuc sitiens · quos dono suae misericordiae fundere dignatus est xps 7

QENITE enim illis dicitur · qui longe positi sentiuntur · qui se nondum fidei integritate populo fideli iunxerunt 7 est enim exultatio huius saeculi · quae occupat animos infideles 7 ideo addidit · do 7 de quo uere est exultatio 7 iubilare est · magnum gaudium · cui sermo non sufficit 7

DICENDO enim · quo ds magnus · ostendit nullum eo potentiorem 7 Magnus quippe non dicitur · nisi qui summum potestatis arcem tenere monstratur 7 Deos enim homines scos appellat · super quos dns rex magnus est 7 ideo rex · quoniam et creat omnia · et regit uniuersa 7

HORTATUR nunc xpianum populum prophetae ad sospitate penitentiae 7 adoremus · id corporis inflexione ceruemus 7 procidamus · ut ante ipsum nos prosternamus 7 ante dnm eplorare · pios fletus effundere · et pessima facta damnare 7